

non solum accepit veram cognitionem fidei, verum etiam nominacionem, qui apparuerant, cognovit, utroque eorum propria appellacione alterum alloquente. Audivisse enim dicitur ex ea, quae in muliebri habitu visa erat, cum hortaretur Evangelistam Joannem, ut adolescenti mysterium pietatis veteri aperiret, ac declararet: atque illum dixisse, se paratum esse etiam in hoc matri Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esset: atque ita exposito sermone, qui et rei quae conveniret, & admodum bene definitus, & circumscriptus esset, rursum ex oculis discessisse. Atque hunc extemplo divinam illam institutionem, & disciplinam litteris mandasse, & secundum illam postea in Ecclesia sermonem praedicasse; ac postea, tanquam patrimonium quoddam, & legatum, divinitus datam illam doctrinam reliquisset; per quam usque in praesentem diem instituitur illius civitatis plebs, quae ab omni haereticam malitia intacta permanit. Porro mystica illius disciplinae verba haec sunt: Unus est Deus Pater verbi viventis, sapientia subsistentis, & potentiae, & figurae aeternae, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti: unus Dominus, solus ex solo, Deus de Deo, figura, & imago Deitatis, verbum efficax, sapientia constitutionum universarum comprehensiva, & potentia totius creaturae effatrix, Filius verus veri Patris, visum effugiens, visum effugiens; & corruptioni non obnoxius, non obnoxius corruptioni, & morti non obnoxius, non obnoxius morti; & aeternus aeterni. Unus Spiritus Sanctus ex Deo ortum, & existentiam habens, quippe per Filium apparuit, videlicet hominibus: imago Filii perfecti perfecta. Vita, viventium causa, fons sanctus, sanctitas sanctificationis super pediatrice: per quem manifestatur Deus Pater, qui est super omnia, & in omnibus, & Deus Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, & Deo Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, & Deo Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, & Deo Filius, qui per omnia permanet.

Quodam die, dum indicta publica supplicatione Minorum religiosorum agmen instruitur, & Ignatius interim beatissimae Virginis psallit insistent gradibus templi Dominicani; subito in Deum ita rapta mens ejus est, quasi per apposita quaedam, & maxime illustria Symbola Trinitatis ipsius numen augustissimum percipere distinctum personis, unum essentia. Quae visione tanto gaudio edelubuit, ut neque in ipso motu agmine lacrymis, & singultu crebro temperare valuerit, neque vero totum eum diem alia ulla de re, nisi de sanctissimo illo fidei Christianae mysterio disputare, idque familiam, & exemplorum tanta varietate, & copia, ut cuncti obstupescerent: quin etiam per eos ipsos dies non dubitavit homo, litterarum propemodum ignatus librum de Trinitate conscribere, quoquo potuit stylo: usque adeo coelestes typi, quos diximus, in ejus memoria, atque intelligentia divinas illas rerum altissimarum notiones impresterant. Ac licet antea quoque, & monadem in triade, & in monade triadem sanctissimae coelestis, suasque & naturae divinae communiter, & separatim singulis personis preces, hymnosque perolveret; ab hoc tamen rapto longe studiofior, & ardentior evasit in eodem officio pietatis, eamque laudabilem consuetudinem ad extremum usque vitae tenuit, sic ut praecipuum caperet voluptatem, & proprio quodam sensu rerum coelestium afficeretur, quotiescumque sanctissimae Trinitati sacra perageret. Ex l. i. vitae B. P. Ignatii Loyolae per Petr. Moss. cap. 7.

Morem Antiphonarum, hoc est alterius per responsonem carminum, seu psalmodiarum concinendorum Ecclesia antiquitus jam inde ab Apostolis accepit: divinum namque Ignatium, qui tertius in Ecclesia Antiochena à Petro Apostolo hierarcha fuit, & cum Apostolis omnibus plurimum tempore vixit, cum per ecclesiam animi confestum esset, visionem novam vidisse ferunt: sanctos scilicet Angelos, alternis, & sibi invicem respondentibus carminibus sanctam Trinitatem hymnis, & laudibus vehentes. Et ipse primus hanc concinendi formam Antiochenorum Ecclesiae dedit, unde quasi à fonte in alias Ecclesias Dei omnes ejusmodi consuetudo est propagata. Ex Niceph. Callisto, l. 12. biff. Eccl. cap. 8.

Dicebat nobis Abbas Eusebius Presbyter monasterii Raythu, cum ad illum venissemus, quod daemone in habitu monachi profectus fuit ad cellam senis, & cum pulsasset januam, aperuit fenex, & dixit illi, Ora. Daemone autem ait: Et nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen. Senex autem rursus dixit, Ora: & daemone similiter ait: Nunc & semper, & in saecula saeculorum Amen. Tunc fenex, & dic,

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto etiam nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen. Hoc autem cum dixisset fenex, daemone quasi vim pastus ab igne evanuit. Ex prat. spirit. Sophronii c. 119.

In Praemonstratensi Ecclesia cuidam fratri altius de ineffabili Trinitate (quae Deus est) cogitanti in matutinis daemone assitit, & citra gestans caput apparuit, Trinitatem se esse coelestem, & ob fidei suae meritum Trinitatis visione cum dignum esse affirmans: sed frater inimici dolum agnoscentes, convitiando eum recedere à se compulit: non quod malum sit de Trinitate cogitare, dummodo cum humiliter cogitatione; sed ut fugiamus illam Sapientibus comminationem: Quis scitator est majestatis, opprimetur à gloria, qui felicitat proprio ingenio nititur. Hinc Bernard. Non verearis illud, quod scriptura minatur scrutatoribus majestatis: tantum offer purum, & simplicem oculum, non tuam fed Dei gloriam quaerens. Controvers. Sigeberti sub an. Dom. 1121. Vinc. l. 29. biff. c. 29.

Tempore Victoris II. Papae an. Christi 1055. cum simoniacae haereseos totam Italiam, & Burgundiam occupasset, idem Pontifex misit à latere suo * Archidiaconum Hildebrandum ad ultramontanas partes cum quibusdam Episcopis. Cum autem ad Lugdunensem Provinciam pervenisset, in ea Synodum celebravit, in qua per ipsum Archidiaconum Deus maximum dignatus est operari miraculum. Residentibus enim in ea Synodo Archiepiscopus, Episcopus, & aliarum Ecclesiarum Praelatis, Archiepiscopus vir quidem litteratus, & eloquens accusatus est de crimine simoniae: qui sequenti nocte omnes suos accusatores pecunia corrupit, & sibi amicos fecit. Manè autem facto rediens ad Synodum audacter dixit: Ubi vultis, qui me accusatis? exeat in publicum quicumque me voluerit damnare. Tunc obmutescerunt cunctis, praedictus Archidiaconus, tanquam vir discretus, & sapiens, conveniens Archidiacono, dixit: Credidit, & Archiepiscopus, Spiritum Sanctum cum Patre, & Filio unum esse substantiam Deitatis? Quo respondente, Credo, addit Archidiaconus: Dic, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Tunc ille: Gloria Patri, & Filio, expedire dicebat, sed Spiritum sanctum nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret, videns se per divinum iudicium omnino confusum, prociudit ad pedes Archidiaconi, & confessus est proprio ore se simoniacum esse. Postquam vero à sacerdotali, & episcopali officio est deponitus, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, libera, & clara voce decernavit. Quod factum in tantum simoniacos perterruit, quod praeter alios Praelatos Ecclesiarum viginti septem, Episcopi quadraginta quinque simoniacos se esse confessi sunt, & suis honoribus absque ulla alia accusatione renuntiaverunt. Celebrata Synodo, & aliis rite ordinatis, & compositis, Legati ad Urbem redierunt. Bar. Tom. 11. Annal. an. 1055. 16. 17. ex Nicolao Aragonio Cardinali. Carol. Sigon. lib. 8. de Regno Ital. an. 1055.

D. AUGUSTINUS Hipponensis Episcopus, dum sanctae Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens contemplantur, ita à seipso abscesserat, ut à muliere, quae illum consulere cupiebat, saepius interpellatus nihil responderet, immo ne respiceret quidem: mulier denique, quia se contemptam putavit, abiit tristis. Postero autem die, cum eum in Ecclesia audiret, in spiritu rapta vidit de Trinitate disputantem; atque audivit, idcirco se illum die hesternum frustra quidem adisse, quod ejusmodi meditatione occupatus, ipsam neque videre, neque sentire omnino potuisset, ac proinde ne redire dubitaret. Rediit, & quod petierat, consilium, sine cunctatione accepit. Ex Sob. l. 2. c. 6. & Marc. Marul. Spalat. l. 2. c. 4.

Ex tempore, quo Beatus Augustinus librum de Trinitate composuit, illi tale miraculum Deus ostendit. Hipponensis civitas Africa nobilis, in qua B. Augustinus episcopatus administravit, super litus maris pulcherrime sita erat. Beatus Augustinus in consuetudine habebat, ut post divinum studium, & laborem vespere super litus maris, sequentibus à longe Episcopis, & clericis, qui pro consilio, & negotio universalis Ecclesiae eum frequentabant, solus antecesserit deambularet, ne scilicet ejus contemplantationem, aut studium colloquium fabulatio impeditur. Cum ergo sic solus incederet, puerulum mirae pulchritudinis ibi sedentem invenit, qui facta in terra fossa parvula (sicut pueri in plateis ludentes solent) cochleari argenteo aquam de mari hauriebat, & in illam parvam fossam effundebat. Quem ut beatus Augustinus ita serio sedentem vidit, pedem mox pressit, & stetit, procedens inde puerum salutavit, & inquit, quid agas? & puer cum magno serio respondit: Volo, inquit, totum istud exhaurire mare, &

Et isti fossa, si possim, infundere. Quo responso quasi puerili A vir Sanctus in risum decentissimum respondit: Et quomodo inquit, & ob bone puer, hoc poteris? Ingens est mare, & parvum cochlear, quo hauris, fossa parvula in quam fundis. Et mox puer: Possibilis, inquit, mihi est facere, quod intendo, quam te implere, quod cogitas. Ad hoc Beatus Augustinus mirabiliter stupefactus, quid hoc esset, interrogat: Et puer, Cogitatu, ait, volvis, & aestimas volumine brevi concludere, quid sit illud individuae Trinitatis inexplicabile Sacramentum. Et hoc quidem antequam possis, isti fossae parvulae potius maris undas infundam. Haec dicens puer repente disparuit: B. vero Augustinus Christum in factu glorificans, quam verum puer dixerat, mox advertit. Ex Thomae Cantiprat. lib. 2. Apum. c. 48. p. 3.

EVAGRIUS cum longa orationis serie audivisset de Deo, atque de Trinitate disputantes, temere, & inconsiderate de Deo disputandum esse prohibuit: definire vero divinitatem modis omnibus interdixit: ait enim rerum compositarum esse definitiones. Is itaque sic ait: Omnibus propositio aut genus habet, quod praedicatur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta Trinitate horum, quae dicta sunt, poterit comprehendere: igitur quod ineffabile est, ratione silenti adoretur. Tripart. l. 6. biff. Eccles. c. 21.

ANDRONICUS COMNENUS Imp. in religione optimè institutus, de divinis dogmatibus disputandi curiositatem adeo improbat, atque de Deo novi aliquid vel dicere, vel scribere avertabat, ut Euthymium Episcopum novae Patris eruditissimum, de illo Christi dicto: Pater major me est, in suo tabernaculo contra quemdam alium contentiosius differenter objurgavit, & in Rhynchadum amnem se abiecerunt minatus sit, ni desisteret. Ex Nicea Chron. lib. 2. Annal.

Cum quidam Frater Simon de veritate articuli Trinitatis quasi dubitando inania cogitare, & ex tentationis hujus opportunitate esset multum afflictus, cum illa tristitia obdormivit, & ecce Christus benedictus eidem apparuit, dicens: Simon, dormis? Ille vero ignorans esse Christum, se evigilans sibi impatiens respondit. Et cum iterato sibi diceret Christus: Simon, dormis? Ille plenus evigilans vidit eum. Et credi apparere non erat puer homo, nec pura creatura. Quem Christum benedictum agnoscentes stupefactus ante ipsum cum magna reverentia se prostravit. Non cogites de his, inquit, nec de Trinitate in aliquo dubites, sed sicut audisti, & credit Catholica Ecclesia, sumiter ita credas, & hoc dicto Christus disparuit, & Frater ille fuit ab illa tentatione liberatus. D. Anton. 3. part. biff. Tit. 24. cap. 9. §. 6.

Cum Beata Caecilia Valerianum sponsum ad Christum adduxisset, Tiburtium quoque Valerianum fratrem se ad unius Dei notitiam perduxit. Ut intelligas, inquit, simulacra esse formas testaceas, & gypsum, & lignas, & aeneas, & cupreus, & aurum, & non dicas eos esse Deos, in quibus vivunt anax, & volucres stercore egerunt: in quorum capitibus solent nidificare eiconiae, quos faciunt condemnati, quando damnati propter maleficia mittuntur in metallum, cum ergo initium accipiant ex condemnatis, quomodo existimari possunt, aut credi Dii? inter mortuos enim, & simulacra nulla est differentia. Quomodo enim mortuus habet quidem omnia membra, spiritum autem, & vocem non potest habere, nec sensum, ita etiam haec simulacra, deorum quidem habent nomina, cognoscuntur autem esse infelicia, malaque, & terrestria. Quae quidem ostenduntur esse homines mortui, quoniam sunt eis etiam membra, sicut hominum. Quamdiu enim vixerunt, oculis aspexerunt, & auribus audiverunt, & pedibus ambulaverunt, & ore locuti sunt, & manibus palparunt, & naribus olfecerunt: ceperunt tamen à morte, & in mortem aeternam permanent, quod ostenduntur nunquam vixisse, vel potuisse vivere. Tunc dixit Tiburtius cum omni compunctione: Qui sic non credit, est bruto, & non venit in iudicium. Quomorem ergo quoque dico cum omni veritate, non esse alium Deum, nisi Deum Christianorum, & me deinceps cum colere, & adorare. Haec cum diceret Tiburtius, Sancta Caecilia deosculata est ejus pectus, & dixit: Reverta hodie contemtor te esse plane meum fratrem. Quomodo enim Dei amor tuum fratrem fecit esse meum conjugem: ita etiam simulacrorum contemptio fecit te meum esse fratrem. Tunc enim sic instituit: Coeli, & terrae, & maris, & omnium volucrum, quae volant in aere, quadrupedum, & reptilium creator, ex se, priusquam omnia face-

ret, genuit Filium, & produxit ex sua potentia Spiritum Sanctum: Filium, ut faceret omnia; Spiritum Sanctum, ut vivificaret universa. Omnia autem, quae facta sunt, construxit Filius ex Patre genitus: & omnia quae fuerant confusa, ex Patre procedens Spiritus Sanctus animavit. Dicit et Tiburtius: Haec utque dictum est, credi oportere unum Deum esse in caelis. Quomodo autem nunc tres testaris esse Deos? Respondit S. Caecilia, & dixit: Unus est Deus in sua virtute, quam sic in sancta Trinitate partimur, quomodo in uno homine inesse dicimus aeternam, memoriam, & intelligentiam: quoniam arte invenimus id, quod non didicimus: memoria tenemus, quod docemur, intelligentiam comprehendimus, si quid nos unquam contempleri contigerit, aut audire. Quidnam ergo faciemus? num haec tria in homine una possidet intelligentia? si ergo homo in una intelligentia possidet nomen trium significatorum; quomodo non Deus omnipotens in una, & eadem divinitate vim obtinet Trinitatis? Tunc Tiburtius cum in terram cecidisset, cepit clamare & dicere: Reverta, o charissima, non mihi videtur lingua humana dare responsum: sed conicio Dei Angelum per ostium esse locutum: & magnas agit gratias, quod cito unum esse Deum in tribus personis ei aperiret probaverit. In vita S. Caeciliae cap. 8. & 9. apud Sur. tom. 6. 22. Novembr.

CHILDEBERTUS Francorum Rex pervenit aliquando cum exercitu ad expugnandam Caesaraugustanam civitatem, quod ibi Arianam haereseos vigere putasset. Percontatus autem ex rustico, quem in agro deprehendit, quam religionem urbis habitatores sequerentur, essentem Christiani Catholici, an Ariani: ille, ut erat agricola, pro suo captu, ut poterat, respondit: Sanctam inibi in Deitate Trinitatem, & Unitatem in Trinitate credi. Gavissus Rex Pontificem urbis ad se vocat, eumque alloquens ait: Quia Catholicam plebem audio urbem inhabitare, arma, quae contra Arianos sumpsi, inde converto. Sed quem interim haec urbs inter coelicolas patronum venerat! Ille refert, Divum Vincentium martyrem esse principem ejus loci defenorem, quod ejus reliquiae ibi servarentur. Cui Rex: Ne tantum laboris esse itinere frustra succiperem, rogo mihi aliquid ex ejus reliquiis impartiri. Igitur Pontifex & Clerus, communi consensu stolum, & tunicam S. Martyris Regi donaverunt. Ille suscepta dona secum G. duxit Parisios, ibique S. Martyri ecclesiam construxit, & dedicavit, instituit ibidem monachis, quibus eadem exuvias diligenter conservandas commendavit. Joan. Magn. lib. 16. cap. 4.

Tempore cum incredulitatis, ac iniqua Arianorum secta in locis Hispaniae per malorum pessimas adhesionem disseminata fuisset, quidam Clericus apprehensus Christianum se esse confessus est, adhaerens aequalem Patri Filium, & Spiritum Sanctum esse. Cui Rex, qui praerat, oblati muneribus, tanquam majorem se suppliciter deprecabatur, ut scilicet comprehensa confessione de sanctae Trinitatis aequalitate, minorem Patre Filium cum sancto Spiritu fateretur: quod si faceret, & facultatis ditaretur, & magnus haberetur in populis. Quod illo consilium tanquam mortuum viperæ fugiente, ac iniqui virus mortiferum respiciente anguis, adjecti Rex: Video, inquit, duram intentionem mentis insanæ, sed non temperamentum tuum, ut quem munera non deflectunt, facile tormenta subiciant, At ille: Utinam dignus habeat, ait, in hac jugulari confessione, nam munera tua tanquam stercus exhorreo. Tunc iratus Rex justit eum ad trochleas extendi, & fortiter credi: interrogatus, Quid credis? respondit, jam dixi tibi: Credo Deum Patrem omnipotentem, & Filium ejus Jesum Christum. Post haec castus est valde, fed semper durabat in confessione, nec unquam eum à fidei linea potuit haec tortura deflectere: nam in primordio eum cederetur, tres tantum verberum ictus sensit: qui, ut ipse postea referret, ipsam animam penetrarunt. Reliqua vero flagella tanquam si aliquid velamentum dorso superpositum fuisset: ita non sentiens, magis fidem quam coepit inter tormenta postus praedicabat. Itaque cum Regi satisfactum de ejus corde fuisset, dimissus est, obstante eo ne in terminis Hispaniae unquam inveniretur. At ille laetus discedens in Galliam egressus. Et ut fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui haec ab ipsius clerici ore audita narravit. Ex l. 1. miracul. Gregor. Turon. de gloria martyr. c. 82. Baroa. to. 7. Annal. ad ann. Christi 583.

Cum Gundebaldus cognovisset assertiones haereticorum nihil esse, à Sancto Avito Episcopo Viennensi, Christum Filium Dei, & Spiritum Sanctum aequalem Patri confectus clam ut christum expetii, cui ait Sacerdos: Si verè credis, quod

nos ipse Dominus edocuit, exequere. Ait autem. Si quis
 A me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram
 Patre meo, qui est in celis: Qui autem negaverit me coram
 hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in ce-
 lis. Sic ipse sanctos, ac dilectos suos beatos Apostolos, cum
 de futura persecutionis tentationibus doceret, insinuavit, di-
 cens. Attendite vobis ab hominibus, tradent enim vos in concilia,
 et in synagogis suis flagellabunt vos: et ante Reges, et
 Praesides habitis propter me in testimonium illis, et gentibus:
 Tu vero cum sis Rex, & a nullo apprehendi formides, seditionem
 pavescis populi, ne creatorem omnium in publico farea-
 ris, relinque hanc stultitiam, & quod corde te dicis credere,
 ore profer in plebe, sic enim & beatus Apostolus ait: Corde
 creditur ad iustitiam, ore autem confessus est salutem, sic &
 Propheta ait: Confitebor tibi, Domine, in Ecclesia magna, in
 populo gravi laudabo te, & iterum: Confitebor tibi in populis,
 Domine, psalmum dicam nomini tuo inter gentes. Metuens
 enim populum, o Rex, ignoras quia fatuus es, ut populus
 sequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faves populari?
 Tu enim es caput populi, non populus caput tuum: Si enim
 ad bellum proficiscaris, tu praecedis caeteras hostium, &
 illa, quod aberis, subsecuntur. Unde melius est, ut te praecedente
 cognoscant veritatem, quam te pereunte permancant in
 errore: Nam Deus non irridetur, nec enim diligit illum,
 qui propter terrenum regnum eum non confitetur in saeculo.
 Ista ille oratione confusus usque ad exitum vitae suae in hac
 infania perduravit, nec publicae aequalitatem Trinitatis voluit
 confiteri. Baron. Tom. 6. Annal. Eccl. anno Christi 494. ex Tur-
 ron. de glor. mart. l. 2. c. 34.

LEOVIGILDO Rege Hispaniarum defuncto, filius ejus Reccare-
 dorus regno est coronatus, cultu praeditus religionis, &
 patris moribus longe dissimilis: namque ille irreligiosus, &
 bello promptissimus, hic fide pius, & pace praclarus: ille
 armorum artibus gentis imperium dilatans; hic gloriosus ean-
 dem gentem fidei trophaeo, insoliti erroris labe detersa, ad
 cultum rectae fidei revocavit. Synodum etiam ad condemnationem
 Arianae haeresis congregavit, cui Concilio idem glo-
 riosissimus Princeps interfuit, suaque cum praesentia, & sub-
 scriptione firmavit. Eo igitur tempore (inquit Gregorius)
 Rex miseratione divina compunctus, convocatis Episcopis re-
 ligionis suae ait: Cur inter vos, & sacerdotes illos, qui se Ca-
 tholicos dicunt, jugiter scandalum propagat? & cum illi
 C per fidem suam signa multa ostendant, vos nihil tale agere
 potestis? Qua de re convenite, quae simul, & discussis
 utriusque partis credulitatibus, quae vera sunt, cognoscamus.
 Et tunc accepta illi a vobis ratione credant, quae dicitis:
 aut certe ab illis veritatem cognoscetes, quae praedicaverint,
 vos credatis. Quod cum factum fuisset, congregatis utrius-
 que partis Episcopis suas haeretici propositiones proderunt,
 ad quas nostrae religionis responderunt. Et praesertim cum
 Rex diceret, quod nullum signum sanitatis super infirmos ab
 Haereticorum ostendit Episcopis, ac in memoriam repli-
 cabat per fidem rectam caecis restituisse lumen, tacto caeco, &
 caecitati perpetuae damnato discessit compunctus, vocavit
 verum Deum sub distinctione coli personarum trium, id est
 Patris, Filii, & Spiritus Sancti, nec minorem Filium Patre,
 Spirituque Sancto, neque Spiritum Sanctum minorem Patre,
 vel Filio, sed in una aequalitate, atque omnipotentia hanc
 Trinitatem verum Deum fateri. Tunc intelligens veritatem
 D Reccareddus, postposita altercatione se Catholicae legi subdi-
 dit, & accepto signaculo sanctae crucis cum Chrismatis un-
 ctione, credidit Jesum Christum filium Dei aequalen cum Patre,
 & Spiritu Sancto regnantem in saecula saeculorum. Amen.
 Deinde nuncios mittit ad provinciam Narbonensem, quibus
 narravit ea, quae ille gesserat, simili credulitate populus ille
 converteretur: erat enim tunc sectae Arianae Episcopus Atha-
 locus, qui ita per propositiones varias, & interpretationes fal-
 sas scripturarum Ecclesiam Dei conturbabat, ut putaretur ipse,
 quod esset Arius, quem propecessum in caecum extra historio-
 graphus narravit Eusebium: sed cum hac populo sectae suae
 credere non sineret, & ad confitendum ei paucorum fa-
 veret adulatio, commotus selle, ingressus in cellulum
 suam inclinat super lectulum capite nequam spiritum exhalavit.
 Sicque haereticorum populus in ipsa consistens provincia
 inseparabilem Trinitatem confessus ab errore discessit. Isidor.
 Hispal. in Chron. Greg. Turon. biff. Fr. lib. 9. cap. 15. Baron.
 10. 7. an. 585.

TRINITATIS SYMBOLA. IN CREATURIS.

Apud Joann. Turpinum in historia Caroli Magni, et Ro-
 landi cap. 17. extat Ferracuti Gigantis de genere Goliath Agge-
 reni, & Rolandi concertatio quadam, fide disputato de fi-
 de, in qua cum de Trinitate, & unitate differitur, sic habe-
 tur: Nos Sarraceni credimus, ait Ferracutus, quia creator
 caeli, & terra unus est Deus, nec Filium habuit, nec Patrem:
 sed sicut a nullo generatus est, ita neminem genuit, ergo unus
 est Deus, non trinus. Verum quidem dicit, inquit Rolan-
 dus, quia unus est; sed cum dicit, Trinus non est, in fide clau-
 dias. Si credis in Patrem, crede in Filium ejus, & Spiritum
 Sanctum. Ipse enim Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus,
 est unus Deus permanens in tribus personis. Si Patrem, inquit
 Ferracutus, dicit esse Deum, Filium Deum, Spiritum Sanctum
 Deum, ergo tres dii sunt, quod abis, & non unus Deus. Nequa-
 quam, inquit Rolandus, sed unus Deum, & Trinum praedicat
 tibi: & unus est, & Trinus est. Totae tres personae coeternae
 sibi sunt, & coaequales in personis esse proprietates, in essentia
 unitas, & in maiestate adoratur aequalitas. Trinum Deum
 & unum Angelum adorant in caelis ter sanctum collaudantes: F
 (ex Abraham tres vidit, & unum adoravit. Hoc ostendit, ait
 Gregorius, qualiter tria unum sint. Ostendam etiam tibi, inquit
 Rolandus Christianus, per creaturas. Extat quippe in omni
 re creata Trinitatis quoddam vestigium, sicut in cithara, cum
 sonat, tria sunt: ars scilicet, chorde, & manus, & haec tria
 una est cithara: sic in Deo Pater, Filius, & Spiritus Sanctus
 unus est Deus. Et sicut in amygdala tria sunt, corium scilicet,
 nucleus, & testa, una tamen amygdala est: sic tres personae
 in Deo sunt, & unus Deus est. In sole tria sunt, candor,
 splendor, & calor, & tamen unus sol est: in rota plaustrum
 tria sunt, medium scilicet, brachia & circulus, & tamen una
 rota est. In temetipso tria sunt, corpus scilicet, membra, &
 anima, & tamen unus est homo: sic in Deo & unitas, & Tri-
 nitas esse perhibetur. Nunc, Ferracutus inquit, trinum
 Deum, & unum esse intelligo.

Anno Dom. 583. accidit, ut cum Chilpericus Francorum
 Rex adversus Arianos pugnavit vidor regressus esset, ab alia
 his contraria haereticorum turba fuerit captivus abductus,
 vixque tandem a suis Catholicis liberatus, cum videlicet ex-
 pugnavit suis etiam scriptis Arianos & Sabellianos tentare de-
 prehensus erroribus. De quo sic Gregor. Per idem tempus G
 Chilpericus Rex scripsit indiculum, ut sancta Trinitas non
 in personarum distinctione, sed tantum Deum nominaretur,
 asserens indignum esse, ut Deus persona, sicut homo car-
 nese nominetur, affirmans etiam ipsum esse Patrem, qui est
 Filius; idemque ipsum esse Spiritum Sanctum, qui est Pa-
 ter, & Filius: Sic, inquit, Propheta, ac Patriarchae appar-
 uerunt, sic cum ipsa lex nunciavit. Cuiusque haec mihi recitari
 iussit: Sic inquit, volo ut tu, & reliqui Doctores Ecclesiam
 noveras. Cui ego respondi: Haec credulitate relicta, pie
 Rex, hoc te oportet sequi, quod nobis post Apostolos alii
 Doctores Ecclesiae reliquerunt; quod Hilarius, Eusebiusque
 docuerunt: quod & in baptismo es confessus. Tunc inquit
 Rex ait: Manifestum est mihi in hac causa Hilarius Euse-
 biumque validos inimicos haberi. Cui ego respondi: Obser-
 vare te convenit, neque Deum, neque Sanctos ejus habere
 offensos: nam scias, quia in persona aliter Patrem, aliter Fi-
 lium, aliter Spiritum Sanctum: non Pater assumptus carnem,
 neque Spiritus Sanctus, sed Filius, ut qui erat Dei Filius,
 ipse ad redemptionem hominis filium habebatur, & virginis. H
 Non Pater passus, neque Spiritus Sanctus, sed Filius, ut qui
 carnem assumpserat in mundo, ipse offerretur pro mundo. De
 personis vero quod ais, non corporaliter, sed spiritaliter sen-
 titur: unus est in his ergo tribus personis una gloria, una ac-
 titas, una potestas. At ille commotus ait: Sapientius te hoc
 pandam, qui mihi confitentur: & ego, Numquam erit sapiens,
 sed stultus, qui haec quoque proponis, sequi voluerit. Ad haec ille
 frendens siluit. Non post multos, vero dies adventente Salvo
 Albigensi Episcopo, haec ei praecipit recenseret, depressus ut
 sibi consentaneus fieri. Quod ille audiens, ita respondit: ut
 chartam, in qua haec scripta tenebantur, poruisset attingere,
 in frustra discerperet. Et sic Rex ab hac intentione quievit.
 Caejar. Baron. 10. 7. Annal. Eccl. ad an. Christi 583. 35. ex Greg.
 Tur. l. 5. de gest. Franc. c. 4.

Paulo ante adventum Germani, & Lupi Episcoporum in
 Britanniam, haeresis Pelagiana per Agricolum illata, Severi-
 ni Episcopi Pelagiani filium, fidem Britannorum secula pe-
 ste commaculaverat. Verum Britannii cum neque suscipere
 dogma-

dogma perversum gratiam Christi blasphemando nullatenus
 A vellent, neque veritatem nefariae perfusionis refutare verbis
 certando sufficerent, inveniunt salubre consilium, ut a Gal-
 licanis Antistitibus auxilium belli spiritualis inquirant: Quam
 ob causam collecta magna Synodus quaebarat in commune,
 qui illud ad succurrendum fidei mitti deberent, atque omnium
 iudicio eligantur Apostolici factores Germanus Alstiodorensis,
 & Lupus Thecaesensis civitatis Episcopi, qui ad
 confirmandam fidem gratiae caelestis Britannias venirent: Qui
 cum prompta devotione preces, & iussa sanctae Ecclesiae sus-
 cepissent, intrant Oceanum, & usque ad medium itineris,
 quo a Gallico lino Britannias usque tenditur, secundis flatibus
 navis tuta volabat. Tum subito occurrit pergentibus inimica
 vis daemonum, qui tantos, talesque viros ad recuperandam ten-
 dere populis salutem inviderent. Concitant procellas, caelum
 diemque nubium nocte subducunt. Ventorum furioses
 vela non sustinent, cedebant ministeria victa nautarum, fe-
 rebatur navigium oratione, non viribus, & casu dux ipse, vel
 pontifex fractus corpore, lassitudine, ac fopore resolutus est.
 Tunc vero quasi repugnante cessante tempeste excitata con-
 B vultus, & jam navigium superfluis fluctibus mergebatur.
 Tum beatus Lupus, omnesque turbati excitant seniores ele-
 mentis furentibus opponendum, qui periculi immanitate con-
 stantior Christum invocant, & assumpta in nomine sanctae
 Trinitatis levi aqua aspergent fluctus faventes opprimunt,
 collegam commovet, hortatur universos, oratio uno ore,
 & clamore profunditur. Adest divinitas, fugantur inimici,
 tranquillitas serena subsequitur, venti & contratio ad itine-
 ris ministeria revertuntur, & decursusque brevi spacia pelagi,
 operati litoris quiete potantur. Ibi convenientes ex diversis
 partibus multitudo exepit sacerdotes, quos venturos
 etiam vaticinatio adversa praedixerat: Beda lib. 1. historiae
 Anglice. c. 17.

Apud Legionem Hispaniae Urbem tres Pueri martyrium
 constantissime perterunt, tres Babylonia viros imitantes.
 Quos cum illi Romanus Praefectus de vocasset, dixit eis: Quid,
 cum multa millia Romanorum praecipit obedire, vos sum-
 ma audacia, ut nobis nunciatur, vultis resistere? Pueri au-
 tem responderunt: Habemus in lege nostra, & ideò tota millia Ro-
 manorum vidisti, sed horum omnium mitabiliorum multitu-
 C dinem videre non potuisti, a quibus te modò suppetatum proba-
 bis: Dic, quid nobis hodie, aut quid tibi per nos putas esse
 prestandum. Praefectus dixit: Praestandum mihi est vobis nihil
 quareo; sed solum ferre volo, cui consentire vos dicitis, aut
 quam habetis conscientiam? Responderunt pueri: Nobis in
 quo sit conscientia, in vi scire, possumus te instruere. Habe-
 mus conscientiam in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum,
 qui in Trinitate unum sunt, & in hac confidentes, Imperato-
 res vestros, & vos, quod eis ordinati estis, in agone confi-
 tuti vincimus. Dixerunt etiam, cum ex patre diabolo sis,
 fac, quicquid tibi persuadet pater tuus. Tunc Praefectus iussit
 eos interfici, qui laudantes traderunt spiritum: & qui pro
 Trinitate pati cupierunt, tres in uno tumulo sepulti sunt
 in civitate Legionensi; ubi tunc eorum corpora maximo
 cum honore venerantur. Lucius Marin. lib. 5. de Rebus
 Hispaniae.

DIOMYNTIA nobilis mulier Christiana, cum filium suum
 unicum admodum teneret adhuc aetatis, & delicatum, timore
 peccatorum formidolosum conspiceret, verberans eum nutibus
 octularum, & increpans auctoritate matema, ita confortavit,
 D ut matre multo fortior (ipsa enim erat jam martyr) reddere-
 tur. Cui inter crudelia verbera confutit ita dicebat: Memento,
 fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica
 baptizati sumus, non perdamus indumentum nostrae salutis,
 ne veniens invitator vestem non inveniat nuptialem, & dicat
 ministris: Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus ocu-
 lorum, & stridor dentium. Illa poena timenda est, quae num-
 quam finitur. Illa desideranda vita, quae semper habetur. Ta-
 libus itaque filium solidans verbis velociter martyrem fecit.
 Vidor. Vicen. l. 3. de persec. Vandal.

Quidam Sarracenorum Praefectus ingressus ad Simeonem il-
 lum insignem, magnum illud orbis terrarum miraculum, sup-
 plex petit ab eo, ut euidam opem ferret, cui in via erant para-
 lyti soluta membra corporis. Dicebat autem eum morbum ei
 accidisse in Callimico: est autem id castellum maximum, cui
 is itaque fuisset allatus in medium, effecit, ut negare impieta-
 tem majorum. Ubi autem lubenter obediit, & quod iustus fue-
 rat, implevit, rogavit autem eum reddere Patri, & unigenito Filio, &
 sancto Spiritui. Cum is autem se confessus esset credere; His,
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

inquit, credens appellationibus surge. Postquam autem sur-
 rexit, iussit, ut tribus praefectum suis ferret humeris usque ad
 ipsum tabernaculum: habuit autem corpus maximum: &
 ille quidem eo accepto statim abiit. Qui autem aderat, ad
 Dei laudes linguas moverunt: Hoc autem iussit Dominum
 imitans, qui iussit paralytico ferre lectum. Theod. in bit. re-
 ligiosa Sand. Patr. cap. 26.

Cum aliquando sorores monasterii Malbodienfis focum
 accendissent, & ut sibi moris erat, ad abludna indumen-
 ta caldarium cum aqua super focum suspendissent, una
 autem ex illis tunicam Beatae Virginis Aldegundis habens
 indutam iuxta primas adstabat: olla jam aestuante flamma
 bulliebat, cum ecce serpens antiquus invisens humili famu-
 larum Christi officio, protinus adstantem igni coniecit
 in focum, & aquam ferventem super ipsam effudit. At
 illa cum caderet, sanctae Trinitatis nomen invocavit. An-
 cellae vero Domini festinantem accurrerunt, de medio flam-
 marum eam abstrahunt, & quam timebant ignis ardore
 membratim resolutam, orationibus, & meritis Beatae Vir-
 ginis suffragantibus illasam reperit. Hieb. Elmonst. in
 vita S. Aldegund. c. 15. apud Surium 20. Nov. 106.

Charissima Regina Radegundis Bertharii Regis Thuringo-
 rum filia, & Clotharii quondam Francorum Regis con-
 iux, acceptarum ab Imp. reliquiarum venerandi ligni sanctae
 Crucis, & aliarum grata non literarum tantum ipsi gratias ag-
 das existimavit, verum etiam certos missit ad gratias debitas
 perfolendas legatos, nempe venerandum sacerdotem Regu-
 lum, per quem illud ipsum acceperat, & alios. Iis autem in
 Gallias redeuntibus, mare fluctibus cept agitari, ita ut mul-
 tis illi objecti periculis ejusmodi procellas, & tempestates nun-
 quam se vidisse faterentur. Quadraginta diebus, & noctibus in
 medio mari in summum vitae discrimen coniecti, cum vitam
 planè desperarent, & mors eis ob oculos versaretur: inter se
 mutuo conciliati, pelago illos jam jam aborbere incipiente,
 vocem in caelum dabant, ita dicentes: Domina Radegundis,
 subveni servis tuis, ut qui tibi obedimus, sine subsidio non
 pereamus: libera nos de presentissimo submersiois periculo.
 Ubicumque ex fide invocaris, misericors es: adjuva etiam
 tuos, ne pereamus. Ad voces in medio mari columba ad eos
 veniens, navem ter circumvolavit; cumque tertio id faceret,
 in nomine sanctissimae Trinitatis quam beata Radegundis semper
 in suo habuit pectore, famulus ejus Benefatus manum exten-
 dens è cauda tres extraxit pennas, quas mari intingens tem-
 pestatem sedavit. Caejar. Baron. 10m. Annal. Eccl. ad an. Christi
 566. ex Bandonia in vita S. Radeg. l. 7. c. 17.

Cum anno Domini 580. in Concilio Toletano III. Reccar-
 edus Hispaniarum Rex, & Regina Badda cum totius Regni
 proceribus, subditisque omnibus ex haerese ad Catholicam fi-
 dem reverterentur, sic ab exultantibus, & in Domino gauden-
 tibus Patribus acclamatum: Gloria Deo Patri, & Filio, &
 Spiritui sancto, cui cura est pacem, & unitatem Ecclesiae suae
 sanctae Catholicae providere: Gloria Domino nostro Jesu Chri-
 sto, qui pretio sanguinis sui Ecclesiam Catholicam ex omnibus
 gentibus congregavit. Gloria Domino nostro Jesu Christo, qui
 tam illustrem gentem unitati fidei verae copularit, & unum
 gregem, & unum pastorem instituit. Ipsi vero proceres inter
 alia multa subjuxerunt: Quicumque non dixerit, Gloria
 Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, Anathema sit. Ex Con-
 cil. Tolet. III. tom. 2. Concil. Papae Pelagii II.

In honorem SS. Trinitatis decantatus versus Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Apud Antiochiam olim non concordabant in professione
 sua de fide Confubstantialiter, clerus, & populus, sed sententiam,
 quam quisque de Deo obtineret, in choro stantes ad finem psal-
 modiae declarabant: Quidam enim Patrem, & Filium eodem
 honore celebrantes, nonnulli Patrem in Filio, praepositione in-
 terjecta obcuris secundas partes Filio tribuentes; alii, Glo-
 ria Patri per Filium in Spiritu sancto: quidam etiam, Gloria
 Patri, & Filio in Spiritu sancto, canebant. Primum omnium
 ferunt Antiochenum Flavianum, monachorum coacta cater-
 va clarè accinxisse, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
 Quod quidem, ut nihil habens suspitionis, in Ecclesiis dei
 obtinuit. Id vero Leontius videns, inhibere eos, qui iuxta
 Nicenae fidei traditionem Deum laudibus prosequantur,
 non audebat, seditionem timens. Atque aliquando caput can-
 nis florens manu demulcens dixisse fertur, nivem cum so-
 lutam lutum multum subsequaturum esse: anigmata obcu-
 riu subindicans, dissonantiam celebrandi Dei apud populum
 Aaa 2 aliquan-

aliquando in seditionem evasuram, neque eos, qui factionis A suae essent, cum reliqua multitudine consentirent. Niciph. 1.24. Trip. 4. c. 35.

Plura huic loco propria adduci poterunt ex loco de SS. Trinitate.

* DEUM ESSE OMNIPOTENTEM. EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Cum audisset Jethro beneficia, quæ Deus fecerat Moyfi, & Israeli populo suo, quod eduxisset illum de manu Ægyptiorum letatus dixit: Benedictus Dominus, &c. Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes Deos. Exod. 18.

Nabuchodonosor Rex, ubi vidisset mirabilia, quæ fecerat Deus erga servos suos in fornace ignis, omnipotentiam ejus agnovit, dicens: Neque enim est aliud Deus, qui possit ita salvare. Daniel. 3.

Rex Darius videns insigni proflus Dei omnipotentis miraculo Daniele e leonum fovea eductum, tunc decretum constituit, ut omnes populi regni sui tremiscerent, & paverent B Deum Danielis: Ipse est enim Deus vivens, & æternus in secula, & regnum ejus non dissolvitur, & potestas ejus usque in æternum, &c. Daniel. 6.

HISTORICA.

Rex Ptolemæus semel Indum, unum ex septuaginta duobus sacra scripturæ Interpretibus, interrogavit, quid sibi optimum in vita sit. A rille: si cognoscas, inquit, quoniam Deus mortalibus dominetur, atque ut ad optimas quasque operationes non per nos ipsos consilia dirigamus: Deus enim, qui cunctis dominatur, omnium opera perficit, & deducit. Cathol. hist. Auro. 1. tom. 2.

Quod opus sit divina potentia ad res quasque creandas, quantumvis debiles & abjectas, ita divus Augustinus manifestat, Soliloq. c. 9. Omnipotens manus tua, semper una eadem creavit in celo Angelos, & in terra vermiculos: non superior in illis, non inferior in istis: Sicut enim nulla alia manus Angelum, ita nulla potest creare vermiculum: Sicut nulla celum, ita nulla potest creare minimum arboris folium: sicut nulla corpus, ita nulla ullum capillum album potest facere, aut nigrum: sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt C possibilia. Nec enim possibile est ei creare vermiculum, quam Angelum: nec impossibile est ei extendere celum, quam folium, nec levius formare capillum quam corpus: nec difficile fundare terram super aquas, quam aquas super terram.

Canutus Dania rex, & Angliæ, sedili in litore posito dixisse fertur: Mare regni mei pars est, itaque mihi obtempera, sed illud mox imperu facto sinum ejus perdidit undis. Quare terribis Rex de folio forexit: Vana, inquit, omnium Regum potestas, & solus Deus omnipotens, ac corona cruci imposita, postea pietatis, & modestiæ cultor exiit. Polydor. Virgil. ex Chron. German.

ALPHONSUS Aragonum, & Siciliæ Rex cum filium suum ad ulciscendas Florentinorum injurias (qui cum hostibus perperam, & inique sedus contra Alphonium fecerat) magno cum exercitu misisset, post longam filii infirmitatem hæc adjecit. Nunc maxime te admonco, fili, ne tantum aut tuæ, aut commilitonum audacia tribuas, ut putes absque decorum auxilio victoriam ullam haberi posse. Victoria, mihi crede, non demum profutura est, si Deum nobis pietate, atque innocentia pacatum, propitiumque habuerimus. Deum igitur in primis cole, in eum confide, à quo tum victorias omnes, & optima quasque proveniunt non dubium est. Quem si quando tibi iratum suspicaberis, cave, contendas: immo quidquid ab eo tibi accidisse videret, boni consule, & patientia cum placat. An. 100. Panom. l. 3. de rebus gestis Alph. c. 51.

CLOTHARIUS Francorum Rex, anno Christi quingentesimo sexagesimo quinto, & regni sui quinquagesimo primo, cum multis numeris limina beati Martini expectit, & adveniens Turonos ad sepulchrum antedicti Antistitis, cunctas actiones, quas fortasse negligenter egerat, replicans, & orans cum grandi gemitu, ut eos suis culpis beatus Confessor Domini misericordiam exoraret, ea, quæ irrationabiliter commiserat, suo obtentu dilueret. Egin regressus quinquagesimo regni sui anno dum in Cotia silva venationem exerceret, à febre corripitur, & exinde Compendium villam rediit, in qua, cum graviter

veicaretur à febre, aiebat. Vah, quid putatis? qualis est ille Rex celestis, qui sic tam magnos reges interficit? In hoc enim E radio positus spiritum exhalavit. Baron. tom. 7. Annal. anno Caroli 1565. ex Greg. Turon. l. 4. hist. Franc.

Dicit Imperio suo in Christianos exitit tempesta. Qui Asiam provinciam procurabat, exitialis erat, & ingenio ferocissimus. Ergo cum oram maritimam obiret, quocumque ibi ex Christi disciplina reperit, cæcos flagris, robore inclusos, opaco carceri mancipavit. Nocte appetente omnes in vinculis simul in has voces eruperunt: Domine Rex celestis, qui principem Apostolorum tuorum Petrum olim per Angelum à vinculis, & custodia per quietem sine tumultu liberasti; nobis quoque auxilium presta, & eripe nos ex his pedibus, & cæco carcere, ut & ii, qui nomen tuum contemnant, intelligent, te solum Deum, & sempiternum esse Imp. Hæc illis precantibus adstitit judiciorum præses Dominus, pulsisque tenebris splendore totum carcerem illustravit, illosque compellavit: Fide, & ne formidate: ego enim vobiscum sum: & repente vincula non fecus ac cæca defluxere, carcerumque sponte patuit: & Dominus adjecit: Abite hinc, & prædicate ubique gentium potentiam meam, atque ita in celum redit: illi vero egressi sunt ex carcere. Manè custodes omnes carcerem ingressi, cum salva signa portæ ostenderent, neminem tamen intus cernerent, egressi O potentiam! exclamant: Christus Nazarenus de nocte ingressus omnes victos nobis clam educit. Et erant, qui admirabundi obstupescerent, alii custodes iridebant. Hæc cum B. Menigius audiret, admiratione captus cepit, & ipse credere, & Christi amore inflammati: fulloniam enim exercebat, & cum labe vestium olim ad flumen clueret, audit vocem ad se deseri: Menigie, ades, magna te gratia beatorum terris voce, & confusus, paulo post profectus est opus; & vox denuo aures ejus circumsonat, Menigie ades, ut videas bestiarum repolitionis, qui diligunt nomen meum. Sic Christum publice professus martyrium subiit. Mattheus Raderus in viridario Sandorum ex Meno. Græc. 15. Martii.

Tum Juliani Apostatae jussu Julianus Orientis Præfectus cum alii tempus Christianorum, sacra vasa direpturus, esset ingressus, adversus sacram aram minxit, atque Exoro cum prohibere conanti colaphum impexit, dicens: Res Christianorum divina cura, ac providentia profus esse desituras. At is confestim in gravem morbum delapsus visceribus putredine excis pœnas meritas luit. Stercus enim non per naturales partes egerat, sed per secleratum blasphemiam instrumentum Cui uxor, quæ Christiana erat, Debent merito, mi vir, inquit, G Christum salvatorem laude prædicare, quod tibi hæc castigatio suam potentiam ostendit. Nam quem oppugnastis, planè te peremisset, nisi confucta sua lenitate vasa haberet, divinitus tibi inflixisset. Miser igitur partem conjugis oratione, partim cruciati morbi causam agnoscent, orat Imperatorum, ut ecclesiæ ablata redderet. Quod nec persuasit, & ipse infelicem animam exhalavit. Theodor. l. 3. hist. Eccle. 11. & 12.

Imperatoris Adriani tempore, quædam, nomine Maria, ancilla conditione, fide autem Christiana, sed occulta, judici manifestata, invitatur ad idolorum sacrificia sub comminatione suppliciorum. Cum verò ea colere noller, atque ideò tormenta ei pararentur, vox quasi totius populi astantis virgini compatiens emergit, clamantis, injustè lacerari virginem, crudelitate judicis, non culpa peccantis. Idcirco iudex tumultum metuens cum jussit relaxari, & sub custodia libera haberi, Orans autem ipsa vidit Angelorum aciem, & Sanctorum multitudinem, atque Filium Dei sedentem ad dexteram Patris. Unde summa jucunditatem percepit. Cumq; illa discederet, H ubi se à persequentibus circumdatam vidit, oravit ad Dominum, ut liberaretur de manibus eorum. Quæ proximus exauditione est: nam petra ingens, quæ erat ante eam, apertens se, Deo jubente, ripam perlugi, qua virgo suspiceretur, ostendit: & mox suscepta virgine latera ante aperta conclusit: nec eam invenire, nec videre poterat petram ipsam circumdatam. Judex verò hæc audiens misit magnam multitudinem, & populo concurrente cum inicere manum lapidi tentaverunt, statim ab oriente fulgor nimii splendoris exortus effuscavit mora, contritus & fragor quidem in terram ceciderunt: descenduntque de celo duo equites, id est Angeli, velut ignis, rutilantes, quorum aspectus ita terruit homines astantes, ut multi morerentur. Alii cum fugientes templum simulacrorum ingredierentur ad filii tutelam, ignis de celo missus, & eos, & templum exussit. Fuerunt autem ex hoc mortui duo milia septingenti. Qui verò evaserunt petentes civitatem magnis pariter exultant conclamabant: Magnus Deus Mariæ, magnus Deus Christianorum. Et crediderunt tria milia ferme hominum. Divus Ant.

Antonin. Archiepiscopus Flor. 1. part. Chron. tit. 7. c. 6. §. 8.

ALPHONSUS X. hujus nominis gloriosi Ferdinandi III. filius, ut tradunt Hispanorum Annales, divina opera, quæ perfectissima sunt, & cum summa sapientia, pondere, numero, & mensura creata, judicare quippe, & emendare conatus est. Ore enim blasphemum dicebat palam: Si à principio creationis humanæ Dei altissimi consilio interfuisset, nonnulla melius, ordinatiusque condita fuisset. O vana, ô funesta, ô superba, atque inutilia verba! Non sic David sentiebat! Et iterum: Magnificata sunt opera tua, Domine, omnia in sapientia fecisti. Et sapiens, Omnia opera Dei bona, nec est, qui addat. Et alibi: Sapientia callidè est intelligere viam suam. Quanto ergo stolidior, qui opera Dei non modò intelligere, sed emendare conatur? Unde Apostolus: Superbiam, inquit, in tuo sensu nunquam dominari permittas. Hic igitur princeps de vobis sensu confidens, hæc arrogatissima, vana, atque superba verba sæpè repetebat: sed non caruerunt divina ultione: Accidit enim, quod miles quidam dicitur Petrus Martini de Pampliega Deum timens, instructor, & curæ gerens infans Manuells, vidit in somniis visio-

B nem quendam pulchrum aspectu hominem, Angelum videlicet albis indutum ei dicens: latam esse in divino consistorio contra Regem Alphonsum sententiam, ut exheredatus morituro, sed & crudeli morte, nisi peniteat. Miles verò de visione perterritus causam perquiri: Cui, blasphemiam, inquit Angelus, Alphonsi, vanaque temeritate divina opera corrigere molientis id meruisti. Monuit ergo eundem militem, ut ad regem accederet, eumque ad penitentiam hortaretur. Miles verò cetero greffu Regem apud Borgos commorantem adiit, cui cum tremore visionem retulit, atque ad retractandum, quæ tam impie dixerat, penitentiumque summoque monuit. Rex verò, qui jam prævaluerat in vanitate sua, militem credens à se expulsi, & iterum verba illa facillè repetit: Si tempore creationis humane interfuisset, plurima melius ordinari potuisset. Cuique post paucos dies Rex apud Segobiam moram traheret, quidam Eremita vitam sanctissimam, eandem revelationem habuit: Regem igitur accessit, moneteque ut de peccatis suis, præsertim tam damnatis, sacrilegisque verbis, penitentiam agat, alias sentiet ultionem. Et quia seripsum est: In vanitate cordis sui comprehenditur peccator. Rex ipse Alphonfus, ut alter Sennacherib. in blasphemiam perstitit, & ut alter Nabuchodonosor confirmatus est ad superbiam. Quare testante Scriptura cecidit de folio suo, & gloria ejus ablata est. Eremitam igitur C Rex torvo, iratoque vultu contempsit, & ut insipientem abire iussit, iterum verba illa nefanda repetens, Holoforem imitatus Achior increpantem, quia soli Deo potentiam attribuebat. Ea igitur nocte misit Deus tam horribiles, & insolitas tempestates, & spiritus procellarum, tot denique tonitrua, tot fulgura, tot conrotationes, & fulmina, ut celum cadere putaretur, sed & in cubiculo Regis sagitta fulminea visa est vestes Regis, atque Regis comburens. Rex vero atrocitatis vitæ loqui valens, cubicularibus, custodisque monet, ut illico Eremitam illum ad se deferant. Venit tamen eadem tempesta, ut nullus palatium exire valeret. Ut citius tamen valuerunt, Eremitam adducunt. Quem ut Rex vidit, prociens ad pedes ejus: Ego, inquit, sum qui peccavi; Eremita verò illuc Ecclesiasticè imprimis ad eum ait. Homo accusaris fabula vana, & audacia cordis tui. Et iterum: Quis posuit in visceribus tuis sapientiam? nunquid altissimi consiliarius tuus? O utinam Rex memor fuisses verborum Regis sapientissimi Salomonis: Vanitatem, & verba mendacis alena fac à me. His igitur verbis Rex ipse, simul & med D tu instantis mortis cum magno animi terrore eidem Eremitæ confessus est: & publice verba nefanda retractavit. Cum itaque laboribus plurimis pectus conterebat, incipiebat cessare tempestas: Quinimo quanto archius dolebat, tanto tranquillior serenitas cœlestis: nec ipse à terra oculos levavit, quoulibet procella rubeis conqueficeret. Itaque meruit humilitate confectus, quod superba sui præsumptione demeruerat. Denique vero vitam mutavit in melius: qui cum apud Halpalim moreretur, cor suum evincerat iussit, & ad Muriam decessit, & sepelitur in Ecclesia sanctæ Mariæ per eum constructa. Roter. Sem. 4. o. hist. Hisp. c. 5. ex Annal. Hisp.

Quid autem hac de Verbum ejusdem Incarnatum? Multa de divitatum hujus sæculi inordinato amore dixerat, eoque stante, salutem acquiri non posse: cum super his mirati discipuli rogant: Quis ergo salvus esse poterit quibus Jesus. Apud homines, inquit, hoc impossibile est: apud Deum omnia sunt possible, quæ scilicet rerum perfectioni non repugnant, nec expressè contradictionem, si ita fiunt, involvunt. Lubeat hic recordari ejus, quod de diis Gentium sensit, & cecinit Ovid. Divus L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. 11.

Inmensa est, finemque potentia cæli

Non habet: & quicquid superivolucere, peragitur est. Idem indignanti Pilato, dicensque, Mihi non loqueris Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, &c. respondit. Non habere potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset de super Omnis quippe potestas à Deo, & ut præclarè Seneca ad lineam.

Omne sub regno graviore regnum est. S. JOHANNES BAPTISTA gloriantibus Pharizæis, quod patrem haberent Abraham, adeoque legem accepissent, ac Dei populus essent, dicebat: Nolite dicere intra vos, patrem habere Abraham, Dico enim vobis, quoniam potes est Deus de lapidibus istis, (hoc eos fuisse arbitrari sine quidam, quos Dei iussu Josue ex Jordanis alveo sustulerat) suscitare Abrahæ filios. Matth. cap. 3.

Admirandum quod sequitur. Acceperat Angelico ministerio Theophil. à Dorothea virgine aurea mala, & rosas, quæ ironice ab eadem, dum ad supplicium duceretur, seque ad Paradisum sui sponsi properare diceret, postulerat: & in Jesu Christi laudes protinus erupit. Quare ad Sapientium Præsidem mittitur, qui illico. Quid est, inquit, quod tuis loquebaris? Cui ille: Laudabam Christum feliciter, quem hætenus infeliciter negavi. Dicensque rursus Sapientio. Miror te hominem doctum, illud nomen voluisse usurpare, quod hætenus tanto odio es persecutus: At hinc, aiebat, apparet, verum esse Deum, quod me convertit ab errore ad veritatem. Sur. to. 1. in vita S. Dorothe.

* DEI COGNITIO.

Si cognitionis præstantiam ab objecto meriti necesse est, ut tradunt Philosophi: æquis eam Cognitionem nobilissimam negaverit, quæ circa nobilissimum est, quale est Deus, versatur? Haud ignorabat S. Julianus: non Apostata ille sed Christi Martyr illustrius, ejus invictum animum cum emollire verbis Martianus non potest, diceretque: Extendatur ad verbera, ut vel sic ejus stulticia omnibus innotescat: Non est, inquit, stultitia Deum nosse, sed gloria. Sur. tom. 1. in vita.

Ejusdem & ævi, & animi Polyuctus, de cujus conversatione cum Paulina uxor quæretur, ac præsertim quod 12. idola sua comminisset: eam suaviter irridens, Si solus, ait, Deos tuos duodecim vici, & contrivi, ecce deorum egenus es: Ad eundem ergo mea conjux, & faxo Deum verum cognoscas: Maximum (ut verè etiam erat) beneficium se conjugi præstaturum existimabant, si eam ad veri Dei notitiam capessendam valeret inducere. Sur. ibid. in vita.

* DEI BENIGNITAS.

Discutiamus etiam quàm dives in misericordia Deus, quàm in gratia munificus, sine quo nihil firmum, nihil stabile, nihil sanctum. Indignatione aliquando commotis Joannis discipulis, quò Christus baptizaret, ac multi ad eum confugerent: ait ipse ad illos: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo. Quòd enim ille præ alio magister plures habeat, qui se sequantur (inquit Chryl.) Dei donum est. Joan. c. 4.

In Alpihus devia, & in via secutus S. Martinus, in herosines incidit, è quibus unus vibrata in caput ejus secuti mortem minabatur, nisi feriens dextera ictum alius fugivisset. Rogatus autem, num timuisset; Minime, inquit, nonquam eram securior: sed famam enim, Dei misericordiam maxime in tribulatione asfuturam. In vita ejusd. Sulpit. Beyerlinck in Apoph. Christian.

S. ÆGYDIUS amicum, quo familiariter utebatur, rogabat aliquando: Crediditne te à me diligere? eoque annuente: Noli, ait, hoc credere. Solut enim creator verè diligit creaturam, cujus dilectioni amor creature comparari nequit. Ex Sent. aureis ejusd. ibid.

Quidam Religiosus quoque seiscitanti curiosus militi, num Deus peccatorem miseretur; Tunc, respondit, ubi obliam tu lacera est, eam protinus abiciis? quo negante adjecit, Ita nec Deus custodit quippe te, quos ad imaginem suam creavit. In vit. PP. fol. 300. Ibid.

Quin etiam Dei consilio Reipub. de bono Principe provideri dicebat Petrus Aldobrandinus Cardanalis. Clemente enim

enim VIII. in Pontificem electo, rogatus, quorum suffragiis ad tantum honorem devenisset; respondit: Non fit summus Princeps, sed factus de celo recipitur, neque enim rationi consonum est, ab hominibus fieri eum, qui plus potest quam hominum vis, & natura, Henr. Farnes. in Apath. de Princ. Beyer. ibid.

Neque erat ab hac mente alienus Tiberius II. Imp. qui quod in pauperes profusor, a conjuge Augusta oburgatus, dum iam mensum thesaurum forte in palatio repetisset; Vides, agebat, quam fidelis est Deus noster, qui plura retribuit, quam nos ejus amore elargimur. Paul. Diac. bist. Longob. lib. 3. cap. 6.

PHILO natione, at non religione Judæus, missus Orator ad Senatum Romanum: A quo, quod honorem divinum ei deferre recusaret, crebrius repullam passus, re infecta abiit: & ad legationis comites conversus, dignam illam Philosopho ingenavit sententiam: Mahe animo: cum enim humana præsidia desinunt, incipiunt divina. Nam ut bene cecinit. Nels, 1. Pont. Eleg. 7.

Quamvis est igitur meritis indebita nostris, Magna tamen spes est in bonitate Dei, Joseph. Antiq. l. 18. c. 10.

* MISERICORDIA DEI. EX S. SCRIPTURA.

Non Dei misericordia liberatus a diluvio mundi. Genes. 7.

Quid Loth de Sodomis, & de flamma ignis eripuit, nunquid misericordia Dei. Genes. 19.

Populum ab Ægyptia pro virtute liberavit misericordia Dei. Exod. 14.

DAVID Regi culpam utranque remisit bonitas Dei. 2. Reg. 12. 13.

Populum ex captivitate Babylonica eripuit Dei misericordia. Esdræ 1.

DEUS reprehendit Jonam Prophetam quasi dolentem de ipsius in Ninivitis misericordia. Jonæ c. 4.

Petro pro abjuracione cum juramento facta flecti pro sua pietate induisit Christus, & in gradum pristinum restituit. Jo. 21.

Laroni in cruce pendenti magna misericordia facta est: Cuius enim ipsi consensum est, quam petierat. Luc. 23.

EXEMPLA HISTORICA.

S. JACOBUS Eremita non solum vitæ sanctitate apud fideles, & infideles, est quibus multos perduxerat ad veram fidem, eluxerat, sed etiam maximis miraculis claruerat. Is totos quadraginta annos in solitudine, solis herbis, & radicibus vitam tolerans, nocturnis, diurnisque horis continenter precibus vacabat. Huic insidias struens Sathan, feminam locupletum parentum filiam ingressus est, per eam nomen S. Jacobi producit: parentes eam ad iugurium ejus dñi quaesitum adducunt; exponunt filiam miseriam, ut quæ jam à viginti diebus nihil cibi potuque degustasset, & propriis manibus carnes suas discernerent, ne breviter verteretur, obsecrant Sanctum, ut biduo saltem eam secum retineat. Ille ad sanctitatem vitæ superioris, & miracula nimium sibi præfidens consentit: At Deus videns eum suæ imbecillitatis immorem, pristinum suum auxilium ei subtrahit, permissique eum labi non solum in sacrilegam fornicationem, sed etiam homicidium; & nam post lapsum reformidans ne puella scelus aliquando patefaceret, eam è medio sustulit. Perpendens verò deinde Jacobus, quam terro sceleris se inquinasset, in tantam desperationem animi venit, ut cogitaret deserta vita religiosa redire ad mundum: sed clementissimus Deus memor laborum, quos pro Christi nomine tot annis sustinuit, divinæ lucis radiis ejus animum per alium quemdam servum ita perstrinxit, ut spe veniæ impetrandæ crederet, sese in pervertitum quoddam sepulcrum subterraneum integro decennio usque ad mortem abdidit, noctu, diuque cum asperissima penitentia lapsum suum incredibili dolore animi, assiduis lacrymis, & tanta consensione sui deplorans, ut neque oculos in cælum atrollere auderet, nec cum ullo mortalium miscere sermonem, plenam scilicet sui dissidentiam tandem assecutus, & misericordiam, &c. Simeon, Metaphrasi, in vita ejus apud Sur. 29. Jun.

Quantam misericordiam à Deo consecutus sit Theophilus Imp. Michaelis Balbi filius ex antiquioribus monumentis

prodidit Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus in expositione pro Concilio Florentino, Sessione quinta his verbis: Imaginum oppugnatorem Theophilus, divinorum, & sanctorum virorum, & Augustus servatus est precibus; & quod hoc non satis videretur, paulo post subiicit ista: Neque enim aut sanctorum virorum preces, aut Augustus studium pro Theophilo valuisse, nisi prius ille suum peccatum confessus esset, sanctasque imagines colere, & honorare justum esse asseruisset. Quoniam is valde illustris extitit, sed cum in hæresin delapsus esset eorum, qui imagines oppugnabant (ut de eo scripta docet historia) eosque ad modum diducum est, ita ut viscera conspicerentur. Post cum ipsam venerabilium imaginum adorationem sanctam esse comprobasset, arreptam ex finu cujusdam eorum, qui aderant, eandem imaginem reverenter osculabatur. Paulo post inde ad tribunal rapus est. Pro quo cum assidue preces à sanctis viris, & à Regina effunderent, ei vicia data est. Nam Theophilum in somnis Regina conspexit visum, tractumque ad innumerabili præcedentium, & subsequenterum multitudinem. Ante illum ferebantur diversa instrumentorum genera ad torquendum accommodata, ipsaque videbantur eos sequi, quia ad penam adducebantur, quousque ad conspectum terribilis judicis pervenerunt, Theophilumque ancepsum statuerunt. Provoluta igitur ad Judicis illius tremendi pedes, enixè multis lacrymis Augusta pro viro suo deprecabatur. Ad quam terribilis judex dixit: Mulier, magna est fides tua: propterea, sacerdotumque tuorum preces conjugi tuo do veniam. Tunc ministris suis dixit: Solvite eum, uxoriq; ejus tradite. Similiter & sacer Patriarcha Methodius scilicet, omnium hæreticorum, Theophilique ipsius adnotatis scriptisque nominibus, hæc eadem sub sacra mensa collocavit, eademque nocte, qua Regina visionem aspexit, vidit & ipse divinum Angelum magnum templum ingredientem, qui dixit: Episcopo, exaudite preces tuas, & veniam Theophilus impetravit. Somno ergo experditus ad sacram mensam adventit, ibique cum legeret paulo ante conscriptum bellum, invenit (ò Dei judicium!) Theophili nomen abolitum. Ex Gennadio Patriarcha Constantin. Baron. tom. 9. Annal. ad annum Christi 843. S. 910.

Audite fabulam: quid dicam fabulam? immò veram & certam historiam de Joan. Apostolo memoratam, quæ nobis constanter tradita est, & memoria firmè custodita. Ubi verò tyrannum mortuo, ex insula Pathmo erat Episcopus reversus, quorundam rogatu ad finitimas gentes proficiscitur, hic Episcopos constitutus, illic integras Ecclesias ritè dispensaturus, ab incertis homines sibi Spiritus S. instinctu demonstratos, in clerum delecturus. At cum ad urbem quandam non longè inde distantem, cujus etiam nomen nonnulli memorant se contulisset, & alia quoque officia, quæ ad amicos fratrum ritè se diffidentium conciliandos pertinebant, obisset: ad extremum adolescentulum, corporis viribus valentem, vultu, & otis conformacione venustum, animi impetu flagrantem, fortè conspicuatum, statim in eum, qui ibi Episc. erat constitutus, oculos convertit, cumque sic affatus est: Hunc adolescentulum omni studio, cura, & cogitatione, coram Ecclesia, & Christo teste, tibi, tuæque fidei commendo. Quem cum Episc. in suam tutelam accepisset, & omnia se facturum fuisset pollicitus; Joannes eadem iterum, atque iterum illi edisserit, ejusque fidem contestatur: Episc. deinde redit. Episc. ille adolescentulum sibi concredidit in domum suam recipiens educavit, pro suo in officio continuit, fovitque humaniter: ad extremum baptismi sacramento illuminat. Possè verò ubi sigillo Domini (nempe H

sacramento Confirmationis, ut addit interpres) tanquam perfecta, tuæque ejus animæ custodia obignasset, nonnulli de cura, & observatione in eo instruendū suscepta remissit. Quem quid cum non solum liberius vivendi potestas, quam fuerat postea ante tempus adeptus, verim etiam quidam adolescentens ejus æquales otio languidi, inertia dissoluti, & omni malorum genere astueti corrumperunt. Et primū exquisitis conviviis oppaparum delicis alliciunt, invitumque nexu deinde educantes ad furti societatem eorumdem attrahunt: tum majora moliri flagitia hortantur. Iste pederentem affuecit; & propter generosam animi magnitudinem, tanquam equus effrenatus, & nimium sibi, suisque viribus præfidens, extra rectam viam impetu fertur; frenaque acriter præmordens, proclivius in profundum vitiarum gurgitem se precipitat. Atque cum jam in desperationem salutis in Deo fixè venisset, deinceps non de exiguis notis cogitavit; sed maximis quibusdam; ac nefariis facinoribus admissis, ubi semel omni improbitate, & nequitia perditus evaserat, nullam non sceleris labem ex æquo cum aliis contrahere secum statuit. Illis igitur in familiaritatem

licitatem adscitis, & magna latronum turba collecta, animo prompto paratoque de decem manu violentissimum, & ingeniosum effusione crudelissimum, severitate denique acerbissimum præbuit. Interea temporis, ubi necessaria ad rem incipiebat occasio, Joannes accessit. Ille ubi alias res quam gratia venerat, recta ratione disposuisset: Age, inquit, Episcopo, deponitur nobis reddere, quod ego, & Christus, Ecclesia teste, quam gubernas, tibi commisimus. Hic verò primò attonitus obstupuit, arbitratus pecuniam, quam nunquam acceperat, à se per fraudem & dolum malum petiti, & tamen neque facile credere poterat, ea à se reposci per calumniam, quæ neutiquam habuisset; neque Joanni depositum repetenti omnino disferre. Verum simul atque Joannes dixerat: Adolescentulum repero, & animam fratris: senex demisso vultu ingemiscens, & item lacrimans: Ille inquit, mortuus est: nam nequam & perditus, & uno verbo, latro evasit, & jam pro Ecclesia, in qua versabatur, mortem cum nefaria hominum sui similitudine turba occupat: Apostolus ergo veste dilacerata, ingenti cum genitu caput feriens: Bonum, inquit, curstodem animæ fratris tui reliqui. Equus mihi jam addit, & dux aliquid timeris. Inde ab Ecclesia, ita ut erat, cum festinatione se eripuit. Profectus autem ad locum, à primis latronibus non excubitoribus prehensurus: qui neque fugam parans, neque evitare studens, sed vociferans ad mortem, dixit: Huc hujus rei causa accessi? me ad principum vestrum deducite. Qui quidem ad tempus, ut erat armatus, expectabat. Verum ut Joan. ad ventantem agnoverat, præ pudore fugam cepit. Hic verò atatis suæ oblitus, illum pro viribus properè insequitur: atque clamans: Quid, inquit, fili, me tuum ipsius patrem inermem, & atate confectum fugis? Misere laboris mei, fili, ne formides: adhuc tibi salutis spes reliqua est: ego Christo pro te reddam rationem: & si fit opus, pro te lubens mortem optetam, sicut Dominus pro omnibus nobis, pro tua anima meam dabo: consistite, crede: Christus me misit ad te. Ille ubi hæc audivit: primùm oculis humi defixis consistit; deinde arma abiecit: tum horrore perfusus graviter, & acerbè lamentatus est: senem ad se adventantem complectitur: dextra sola occultata; lacrymarum unda secundò baptizatur. Apostolus raris, & constanti asseveracione, ei se à Salvatore veniam, & remissionem peccatorum precibus suis impetratum pollicetur: atque ad genua procidens, ipsam manum dexteram, tanquam aqua penitentia ablutam, purgatamque osculatur, illum ad Ecclesiam reducit. Crebris item precibus Deum pro illo invocant, continuis jejuniis una eum eo se macerant, variis divinæ sapientiæ sententiis ejus animum, quasi quibusdam blanditiis mitigat tranquillitate, neque prius (ut fertur) inde discessit, quam illum Ecclesiæ ministerio proficisceretur. Cujus conversione magnam veram penitentiam exemplum, præclarum secundæ regenerationis specimen, illustre denique tropæum à peccatis resurrectionis, per exteriora penitentiam signa hominibus propoluit ad imitandum. Euseb. Caesariensis. bist. Eccles. cap. 17. apud Baron. tom. 1. Annal. anno Christi 98. 14.

Hic ferè simile est quod de quodam adolescente scribit Chrysostr. ad Theod. lapsum episc. 5. in hunc modum. Narrabo, inquit, tibi, quæ nostris contigere temporibus, & quorum ipse testis esse valeo. Novi juvenem illum filium Urbani, qui continuò à teneris unguiculis absque custodia fuit educationis legitime, dominus autem multarum rerum, pecuniarum, ministeriorum, agrorum. Is cum dixisset, quam fit oblectatus consuetudine rei mulsicæ, deposito illo splendidiore contextu, ad montes, ad solitudinem, secessit, egregiamque exhibuit philosophiam, non juxta illius ætatis modum, sed qualem possit vir quipiã admirabilis, & excellens: deinde ad sacra mysteriorum sacra imò idoneus reputatus magnam accessione virtutis adiecit. Omnes gavisus sunt impensè, Deumque glorificavit, quòd in afluencia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus, & admodum adolescens, eundem hujus vitæ phantasmam, sicutamque felicitatem semel conculcasset, & evasisset ad verum fastigium virtutis. Cum esset eo loco constitutus, & nec pure suspiciendus: ecce corruptores quidam confidentes id esse præter dignitatem generis, iterum illum in fluctus pristinos abduxerunt. Reversus iterum mundis ejus vitæ, quæ pridem erant, ornamentis, à montibus medium forum se contulit, & equis vèctus, & magno stipatus famulitio, totam urbem obivis, neque sapere, neque temperatè vivere libuit: nimis enim delicias incalescentibus in absurdos amores ceu volens perpellicuit. Nemo erat ex cæca conversionem,

qui non de ipsius salute putaret adum esse, tantum ei examen adulatorum cohasit: Cui accesserunt carentia parentum, & juvenus, multæ opes: qui omnia solent calumniari, hominem traduxerunt eo nomine, quod à spiritualibus defecisset, inutilis futurus & rei familiari, quòd superiori tempore sermone, & eloquentiæ deditus reculisset pedem, illicque nihil fructus valuerit consequi, hujusmodi quiddam crebro occurrerunt. Cum esset itaque multo fuffusus pudore, quidam sancti viri, qui sæpe numero in tales bellas immergerunt, & per experientiam probè sunt edocti, quòd spe divina communitas neutiquam sit desperandum, observarunt eum assidue, visumque in foro accesserunt, amplexique sunt: quos ille principio sequentes velut è sublimi equo insidens alloquebatur contemptim, tanta erat primùm impudentia hominis. At illi misericordes, studioque in rem alioqui peritura pueritiæ, non ita multum ea contumelia movebantur, in unum illum figentes obtutum, ut quacunque via lupogagnellum subtrahant, & callidè persecerunt. Siquidem posthac aliquando velut obstupescens intra se abreptus est. Assiduum eorum curam tum cepit revereri: quoties illos vel procul obviam factos conspexit, ab equo cito desiliit, & oculis in terram dejectis, cum multo silentio, quæ apud illos agerentur, auscultavit; propiorque factus paucis diebus reddiderunt, & eis habuit honorem debitum. Atque eo ingenio ista retia simul expedites, pristina tranquillitati, philosophicæ liberum tradiderunt. In tantam autem lucem tunc temporis emicuit, ut superiorem vitam, quæ post casum peracta est, incessens, homo nihili videretur, distribuit in egenes divitias omnes: eo factò se à noxiis curis exonerans, omnem occasionem, quæ potuit insidias tendere, abscedit. Viam, quæ ducit ad cælum, incedens ad apicem virtutis jam dudum penetravit. En ille cum esset juvenis, excidit, & iterum surrexit.

Quædam juvenilibus adhuc annis florens Puella, affinis earum rerum, quas fert adolescentia, improbo parentis fufu haud ægrè permota, incesto animam pollutit flagitio: indignum facinus. Agalma mater nefandi coitus exploratè gnara, de tanto crimine acerbis admodum verbis in filiam animadvertit, nefarium ac inauditum crimen comperisse clamantis. Illa peccatum proplatum acerbè ferens, audaci conatu matris tam, lucisque usum virulentum pharmacho auferre statuit. Pater, qui tum peregrè forte aberat, domum reversus, ut finistrum illum casum accepit, filiam acerrimè oburgavit. Inflex puella ultro, citroque malè se verbis acceptam non ferens, desperationis icu graviter faucia, & patri cervicem demeteri animum induxit. Quod, arrepta occasione, remotis quoque arbitris, perfecit. Atque ita tot, tantisque designatis criminibus, aliò fugam dar ablata secum præcipua supellectilis parte, ubi insignis illa demonis præda, peccata peccatis accumulans omnis frontis honore valere iusto voluptatibus indulgit. Fortè fortuna contigit eam aliquando templum ingredi, cum divini verbi præco aterni numinis præter modum exaggeratè misericordiam, adderetque, neminem esse sub cælo ita peccatorum cæno involutum, cui salutis spes non assulgeret debeat: Affecta concione, bene factò verbi Dei semine, continuo illa omnem remoram exosa ad concionatorem accedit; atque ex eo percontata est, num quæ dixisset omnia de Dei in peccatores benignitate vera essent? Verissima, respondit ille, & per ea, quæ publicè dixerat, confirmavit: Si, inquit illa, ita res est, uti confidenter asseris, te omnix irogo, Pater, ut excipias confessionem meam, ac à peccatis liberabolas, ut pro me has pius intercessor apud tantam misericordiam. Eam ubi audivisset, spatium cogitandi cepit, quam ei injungeret penitentiam. Tum puella; Quid hoc, inquit, Pater, jam misericordiam valde extollas, & nunc videris de salute mea desperare. Non ita, non ita, ait Pater, ò filia, sicut cogitas, sed in tuæ animæ bonum opto, ut ad concionem audiendam crastino die iterum te sitas. Quod tibi pro salutarj penitentia injungo. Illa tum tantis ob peccatorum recordationem cepta est dolorum, ac suspiriorum consistat accedens, ut è templo pedem efferre nequiverit, ac ibidem charissimam Deo animam efflavit. Quòd ut concionatori nunciatum fuit, eam Religiosis viris cænobii commendavit; quibus orantibus audita mox è cælo vox ejusmodi: Non est opus, ut oreis pro ipsa; potius ipsa orebit pro vobis. Ex Jacobo Vitriacensi, Cardinali, Julio Morarin. Psal. 50. part. 1. discurs. 10.

LUDOV. BLOSTUS, in suo Monili spirituali divinis revelationibus

mosyne inde praestitit sint egenis. Eiusdem modi miraculum a fecit per sanctam virginem Christum eodem anno etiam in Quadragesima. Scribit etiam Pater Raymundus, post obitum sanctae virginis, ejus meritis quodam die paucissimos panes, qui quinque hominibus non sufficerent adeo fuisse multiplicatos, ut amplius quinquaginta tradere, & reliqua in penuriam deportata sint. Adde etiam, crebro eam, cum adhuc viveret, ejusmodi miracula fecisse. Raymund. a Capua in vita S. Catharinae seu, apud Sur. 27. April.

* PROVIDENTIA DEI QUOAD ALIA NECESSARIA.

Anno Domini 513. contigit Monachis in Laura sub Saba degentibus ita necessaria deficere, ut ne quidem sufficeret panis ad Deo sacrificandum, & offerendum. Accidit ergo, is, cui commissum fuerat ministerium, significans ei calamitatem, & simul appropinquare diem Dominicum ei in memoriam revocans, & quod non posset utique celebrari divinum mysterium, cum neque panis sit in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus necessariis. Sed haec quidem ille. Magna autem illa revera, & admirabilis anima nec sic quidem desperavit de Dei curatione, & arcanis, & ineffabilibus visis providentiae: Sed ego, inquit, nequaquam prohibebo factum Dei ministerium. Tanta vero rerum necessarium indigentia, praebit nobis aliquem rerum sacrarum thesaurum ad sacrum celebrandum ministerium: sed est fidelis, inquit, qui jubet crastinum manere liberum a sollicitudine, quod attinet ad usum corporis. Et cum nondum advenisset dies Dominicus, venit ad ipsum quidam tanquam consulto missi ad providentia, simul ferentes opus triginta jumentorum: ovis autem erat frumentum, & vinum, & oleum, & alia monachis apta ad alimentum, adeo ut Laura propemodum esset angusta ad capiendas res esculentas. Statim ergo divinus Sabas ei, qui indigentiam parce, & fordidè ei obsecraret: Quid ais, inquit, sacrumne dimittes ministerium? Ille autem intelligens interrogationem esse reprehensionem cogitationum, quae non satis erant valida ad sperandum in Deo, prociat ad pedes ejus petens veniam, &c. Cyrill. in vita Sabae apud Surium 5. Decembris, & Baronius tomo 6. anno 513.

Anno Domini 989. quo tempore Ungarorum gens Dei Caelestiam populabatur, fuit Princeps quidam quartus ab eo, qui Ungaris in Pannoniam ingressurus ducem se praebuit. Is Geisica dicebatur, severus sane, & crudelis homo in suos potenter eis imperans, erga alios vero praesertim Christianos humanus, misericors, & liberalis: estis paganissimi sui erroribus esset implicitus, attamen celestis gratiae luce spirituali appropinquante, cum omnibus vicinis circumquaque provincis de pace cepit accuratè tractare, ut jam in illo liceret animadverti, cujus optaret esse filius, dicente in Evangelio Domino Salvatore: Beati pacifici, quantum filii Dei vocantur. Edicto namque proposito, iussit Christianis omnibus in ipsius ditionem, sive ducatum ingredi volentibus hospitalitatis, & publicae fidei studium, & curam impendi. Porro Clericis, & Monachis fecit potestatem in ipsius quoque conspectum veniendi, eosque propenso animo audivit. Atque ita factum est, ut Orthodoxae fidei semen in pectoris ejus hortu fatum in fruges erumpere gestiret. Quid multa? Adest tempus caelitus depositum. Crediti ipse cum familiaribus suis. Undis salutaribus expiatis, omnes ditionis suae homines pollicetur se ad Christianissimum perduciturum. Cum autem multum esset sollicitus de edomandis rebellibus, ritibus sacrilegis abolendis, ad sanctae Ecclesiae profectum profua estimatione statuendis Episcopatus, mira quadam provisione, nocte eum Dominus consolatus est. Misit enim ad eum juvenem speciosissimum, qui diceret: Pax tibi, Christe electe, facies cura, haec & sollicitudo. Non fiet per te, quod meditaris. Habes enim manus humano sanguine pollutas: nascetur autem tibi filius, qui divinae providentiae consilio efficiet, quod tu animo concepisti. Erit is Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dominus elegit, coronam Regni temporarii aeterna commutaturus. Tu vero hominem spirituali legatione apud te sancturum honorifice excipito, exceptum reverenter habeto, ejus cohortationibus sincerum pii pectoris affectum adhibeto. Expergestus Princeps, stupens ad visionem, prius secum, deinde cum Christianis, & suis hominibus pertractans, humi totus prostratus; expansis manibus, humiliter gratias egit Deo, seque, principatumque ei suum cum filio nascituro, curae illius, qui non dormit, ne-

que dormitat, lacrymabundus commendat. Admirantem autem eo de viro divinis ipsi praedicto: nunciatur illi, B. Albertum Boemensem Ecclesiae Antistitem ad ipsum venire, ad Christianam religionem, fidemque non fidam cum traducere, & ob fidei profectum Domino laudis hostiam immolare cupientem. Is nunciis novis Christi tyronibus ineffabilem attulit laetitiam. Dux procedit obviam servo Christi cum fidelibus quibusque, honorifice eum excepit, & ut in visione erat admonitus, modis omnibus se obedientiae filium fore demonstrat. Deinde jubente ipso, fit ubique congregatio indomitae gentis. Per sanctum Episcopum fiunt conciones, ejus exhortationibus mox illi convertuntur, & baptizantur, multis in locis Ecclesiae conduntur. Luce enim illa, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum, profugatis tenebris, cepit Ungaria enitere. Et completum est in ea, quod Propheta ait: Populus, qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam. Lux lucis invisibilis Christus est, quem tunc Gentiles videte meruerunt, quando e tenebris revocati, illum esse & verum Deum, & hominem verum perfectè crediderunt. Carus, Episc. in vita Stephani Ungarorum Regis cap. 1.2.3. apud Sur. 25. Aug. & Baron. tom. 10. ann. 989.

Clodoveus primus Galliarum rex Christianus, signum sibi in bonum, quasi a Deo datum, & optatum accepit, illudque secutus est confidenter. Cum enim Arrianos ex Gallia profugituros exercitum comparasset; nuncios ad B. Martini basilicam direxit, dicens: Ite, & forsitan aliquando victoriam suspicium ab hac sancta suscipietis. Tunc datis muneribus, quae loco sancto exhiberent, ait: Situ, Domine, adiuto mihi es, & gentem haec incredulam semperque inimicam tibi, meis manibus tradere decrevisti, in ingressu basilicae S. Martini dignare propitius revelare: ut cognoscam, quia propitius dignaberis esse famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus, iuxta imperium Regis, dum sanctam ingrederentur basilicam, hanc antiphonam, ex improvolo primicerius, qui erat incept: Praecisisti me, Domine, virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subitus me: & inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti. Quod factiles audientes, & Domino gratias agentes, & vota B. Confessoris promittentes, latè nunciaverunt Regi. Porro ille cum ad fluvium Vigenam cum exercitu advenisset, per quem locum transire deberet, penitus ignorabat; intromerat enim ab inundatione pluviarum. Cumque illa nocte Dominum deprecatus fuisset, ut ei vadum, quo transire posset, dignaretur ostendere, manè facta cerva mirae magnitudinis ante eos nutu Dei flumen ingredi, illaque vadante, populus, quò transire posset, agnovit. Veniente autem rege apud Pictavos dum eminus in tentoriis commoraretur, pariter ignea de basilica sancti Hilarii egressa, visa est ei tanquam super te advenire, scilicet ut lumine B. Confessoris adjunctus Hilarii, liberis haereticas acies, contra quas saepe idem sacerdos pro fide conflaxerat, debellaret. Gregorius Turonensis libro 2. capite 37. Histor. Franc.

MEROVEUS Chilperici Regis filius, regnandi ambitione imbutus de patre, atque noverca multa crimina loquebatur; quae cum ex parte vera essent, credo tamen acceptum non fuisse Deo, ut haec per filium vulgarentur. Quadam enim die ad convivium ejus accitus cum pariter sederemus, suppliciter expetit aliqua ad instructionem animae legi. Ego vero referato Salomonis libro, versiculum, qui prius occurrit, arripui, qui haec continebat: Oculum, qui adversis respexit patrem, effodiant eum corvi de convallibus. Illo quoque non intelligere, consideravit hunc versiculum à Domino praeparatum: Tunc direxit Guntherannum puerum ad mulierem quandam habentem spiritum Pythonis, ut ei, quae erant eventura, narraret. Afferbat praeterea ipsam sibiante hoc tempus non solum animam, sed diem, & horam, in qua Rex Chilpericius obiret, denunciasse. Quae haec ei per pueros mandata remisit: Futurum est enim, ut Rex Chilpericius anno deficiat; & Meroveus, inclusis farrisibus, omne capiat regnum. Tu vero ducatum totius regni ejus annis quinque tenebris; sexto vero anno in una civitate, quae super Ligieris, legationem sita est in dextera ejus parte, favente populo, Episcopatus gratiam adipisceris, ac senex plenus dierum ab hoc mundo migrabis. Cumque haec pueri redeuntes omnia nunciassent, statim ille vanitate elatus, tanquam si jam in cathedra Teutonica Ecclesiae resideret, ad me haec detulit verba: Cujus ego irridens stultitiam dixi: A Deo haec potestanda sunt: nam credi non debent, quae diabolus reprobavit: ille autem ab

ab initio mendax est, & in veritatem nonquam stetit. Illoque cum confusione discedente, valde irridendū hominem, qui talia credi debere putabat. Sic Meroveus à Gregorio correptus, & à sacrolegi illa Pythonice elusus, tres libros super S. Martini sepulchrum posuit, id est, Pfalterii, Regum, Evangeliorum: & vigilans tota nocte, petiit, ut sibi B. Confessor, quid eveniret, ostenderet, & utrum posset regnum capere, an non, ut Domino indicente cognosceret. Posthæc continuato triduo in jejuniis, vigiliis, atque orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens, revolvit librum, qui erat Regum. Versus autem primus paginae, quam referavit, erat: Pro eo, quod reliquistis Dominum Deum vestrum, & ambulastis post deos alienos, nec fecistis rectam ante conspectum meum, ideò tradidit vos Dominus Deus vester in manibus inimicorum vestrorum. Pfalterii autem versus hic est inventus: Verumtamen propter dolos posuisti eis mala: desecistis eos, dum alleverantur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito desecerunt: perierunt propter iniquitates suas. In Evangelii autem hoc est reperitum. Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, & crucifigatur. In his responsionibus ille confusus, fletus dignissime ad sepulchrum beati Antistitis, assumpto secum Guntherano Duce, cum quingentis, aut eo amplius viris discessit. Gregor. Tur. l. 5. c. 14. Hist. Franc. Baron. to. 7. an. Dom. 580.

Sabbato in ipso Pascha venit Leudastes, calumniator potens, & impudens in urbem Turonicam: ad simulansque aliud negotium agere, apprehensus Platonem Archidiaconum, & Galienum, in vincula connectit; catenatoque, & exutos veste jubet ad Regiam deduci. Hæc ego audiens, dum in domo Ecclesiae residerem, mox, turbatusque, ingressus oratorium, Davidici carminis sumo librum, in quo ita reperitum est: Eduxit eos in specus, & non timuerunt: & inimicos eorum aperuit mare. Interea ingressi in fluvium, super pontem, qui duabus linteis tenebatur; navis illa, quae Leudastem veherat demergit. Et, nisi nandi filium adminiculo liberatus, cum focis fossit interiret. Navis vero alia, quae huic in nexa erat, quae & vinclos habebat, super aquas Dei auxilio veheratur. Greg. Tur. Histor. Francie. l. 5. cap. 20.

Singulare extat exemplum de providentia apud Surium in vita D. Martini, de eo eligendo in Episcopum. Una omnium erat voluntas, eademque sententia, Martinum Episcopatu Turonensi dignissimum, felicemque fore Ecclesiam tali, tantoque Sacerdote. Non multi ex Episcopis, qui convenerant, impie, pertinaciterque repugnabant, quòd vilis esset, minusque scientia præditus. Inter eos quidam Defensor nomine, vir doctus, & magnæ auctoritatis, cujus erat opus Locorum communiun, pertinaciter resistebat: qui tamen prophetica lectione eodem die mirabiliter, Deo ita providente, repressus est: Cum enim sumpto psalterio Lector unus sacras litteras de more consuleret, aperto volumine, prima forte in eum incidit versus: Exera infantium, & infantium perfectissimi laudem; ut deservas inimicum, & defensorum (sic enim habebat antiqua Gallorum lectio.) Quo lecto clamor populi tollitur, & pars adversæ confunditur. Atque ita persuasum omnibus est, divina providentia hunc psalmi versiculum lectum fuisse, ut adversarii conticerent, & D. Martinus cathedram infantium, & lactentium oraculo Spiritus sancti loquentium confirmatum accepit. E vita ejus per Severum Sulpicium eius discipulum scripta, Surius 11. Novembris tomo 6.

Cum adhuc vereretur in saeculo, inimicus expugnavit me in juvenute, dum procellarum errore agitarer, nec pericula D imminetia praesentem; at divina benignitas me in interiore Mesopotamiae regione peragrarent, fecit in pastorem ovium incidere; qui me, quoniam ad vesperum inclinabat dies, apud fe manere rogavit. Media autem nocte lupi gregem adortos oves dissiparunt, cum pastor gravissimo oppressus jaceret at Domini supervenientes, me quoque tanquam reum in iudicium abripuerunt. Constitutus postea ante iudicem, me defendebam, & rem, uti acciderat, enarrabam. Interim adducitur quidam in adulterio (ut agebant) deprehensus, sed mulier profugerat. Iudex autem re dilata, utrumque nostrum in eundem detrudi iussit carcerem: in quo agricolam quandam propter homicidium decenter reperimus. Sed neque, qui mecum ducebatur, adulter erat, neque hic agricola homicida, sicut neque ego ovium fur. Cadaver autem propter agrum in alia servabatur custodia. Peractis iudex septem illic diebus, apex octavo die quandam secundum quietem sic me compellantem: Expande tecum, quae cogitaveris, ac feceris:

& ex te ipso cognosces, nihil vos iniuste patis sed neque ipsi scelerum auctores impunè evadent. Cogitant, & fatentur E tres capti quid fecissent; fatentur se merito vinculis puniri. Sequenti nocte eundem inspicit, & audit dicentem: Cras conspicietis & illos, qui à vobis injuria affecti sunt, & calumniæ, falsæque accusationis vestrae remunerationem. Expectatus, cogitabundus hærebam. Socii verò ad eum: Quid, inquam, ita tristis es? Causam explicat, omnes aguntur, sistuntur iudicis; & subito adducuntur quinque victi coram eo. Itaque, qui mecum erant, multis excepti verberibus iterum in custodiam retrufi sunt, me illic relicto. Deinde duo in primis in iudicium adducti sunt: atque isti fratres illius erant viduae, quæ per calumniam ab iis paterna hereditate fuerat spoliata. Unus autem eorum in homicidio, alter in adultério deprehensus erat. Quæ dum ipsi crimina confessi essent, per tormenta coacti sunt, & alia, quæ patrarant scelera confiteri. Homicida ergo confessus est, se quoquam tempore, dum negociaretur in civitate, cum muliere quadam consuetudinem habuisse. Hæc verò illa erat, cujus causa unus ex illis, qui mecum detinebantur in custodia servabatur. Interrogansque, quo pacto effugisset, rem omnem aperuit. Alter vero præter adulterium, cujus damnatus fuerat, etiam fe hominem interfecisse confessus est, illum scilicet, quem agricola, qui mecum detinebatur, occidisse accusabatur. Ajebat autem maritum mortuum illius esse fuscina, quæ ipsius amore capta fuerat. Nam cum, inquit, pomeridiano tempore agrum suum inviseret, facta salutationis prætextu propius accedens, confestim occidi, & aufugi. Quem affines mulieris comprehendunt tanquam homicidam, & in carcerem mox conclusus est. Adducti sunt & tres reliqui, quorum unus, quòd segetes combuisset, accusabatur: alii verò duo, quòd conscii, & focii cadis fuissent. Sed paucis excepti verberibus, quia nihil fatebantur, in carcerem retrufi sunt, propter novum iudicis successorem. Post multos iterum dies vidi Angelum, me sic compellantem: Ecce hi tres, aliorum etiam scelerum rei, nunc iustas penas luent. Quod ipsis cum dixissem, confessi sunt duo ex eis flagitii cuiusdam furis conficis fuisse, qui cum quandam interfecisset, propter vineam adjacentem suæ possessioni, ei non testimonium dedimus, & hæc ipsius fuisse vineam, eumque non ab illo necatum, sed è rupe præcipitem corruisse mortuum. Tertius autem retulit, se ira concitatum è teo quandam præter voluntatem deturbasse; quo ex casu ille interiret. Postea rursus confexi in somnis Angelum hæc mihi referentem: Tu cras liberaberis, reliqui autem iustum subituri sunt iudicium. Fidelis igitur esto, & divinam providentiam enarrato. Ex confessione S. P. E. phrem, & suscipius reprehensione.

DEI CULTUS.

Deus unus, unice colendus. Trinitati sacrosanctæ triplex cultus convenit: Potentiæ Timor, Honor Sapientiæ (qua & quibus quædam est etiam in rebus externis) Bonitati Amor, & tamen utriusque est idemque unus, ita qualibet species divini cultus reliquas duas sui complectitur ambitu. Quemadmodum autem virtutum trium Christianorum Charitas excellentissima est, sic inter tres Cultus divini species Amor divinus præ Timore, & Honore respiciet.

AMOR DEI.

DEUM toto corde, tota anima, totis viribus jubemur diligere. Quod utique ita fiat, ut sola erga eum dilectio omnes alias superet dilectiones. Super omnia enim amandus est auctor ipse omnium, atque conservator. Nulla res unquam cordi nostro sic inhære debet, ut ejus causa ille, qui est causa nostra causa, minus honoretur, minus colatur. Despiciantur opes, deserantur parentes, repudietur uxor, abiciantur liberi, perferantur supplicia, vita ista effundatur: nihil denique vel non agendum, vel non sustinendum putetur: quòd ab homine agi, sustinerique possit, dummodo soli parcatur Deo, soli semper deserviat. Marul. 5. c. 1.

Machabzi septem fratres, neque ingentibus regis proflis corrupti sunt, neque minis terribi. Ad perseveranda fortiter supplicia Mater hortatrix aderat: & magis ipsa animo torquebatur, verens, ne tormentis victi, contra Dei legem aliquid agere inclinantur. Sed & feliciter consumpti, plus Deum, quam semetipsos diligendum, documento fuisse: & mater sic amandos filios, ut eos quoquamque mortis genere affici maluerit, quam peccare. Aene in fe, quam in liberos indulgen-